



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. IV. Camerinen. ædificii. An & quando vicinus uti possit mura  
adjacenti alteri ædificio, illum altius elevando, seu fenestras vicino  
præjudiciales asperiendo; Et quando murus dicatur proprius, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

In hac autem facti specie plura concurrebant, ex quibus reflectendo etiam ad solam veritatem, dictæ resolutiones justæ, ac probabiles visæ sunt, quoniam ultra maximum adminiculum ratione invēsimilitudinis resultans ex actu negativo seu non usi facultatis alias competentes tam diuturno tempore aperiendi has fenestras, quas ex qualitate mansionum nimium luminibus carentium cōstabat ne dum esse satis commodas, sed quodammodo necfarias, unde propterè cum impensa effet satis modica, & personarum qualitatib⁹ nimium facilis, omnino improbable est, quod tamdiū possessores pro tempore se voluerint ista commoditate privare, & consequenter magnum servitutis adminiculum, seu præsumptio resultat, ut ponderatur in *Iavuen. disc. precedenti.*

Alterum fortius adminiculum resultatbat ex actu positivo, quoniam in eodem muro aderant ab antiquo fenestrae, sed in parte superiori, atque ut vulgo dicitur *ad lumentanum*, absque co quod exinde prospectus activus & passivus haberetur; Et quod magis, eadem fenestrae habebant cancellos ferricos & vitreos, ex quibus signis clare ostendebatur, ita ex conventione ab initio constructas esse, quod ferytutem prospectus caufare non possent, ut in specie advertitur per *Cepoll. de Servit. urb. præd. c. 62, de fenestra num. 11, in fin. Aſſid. decif. 225, per rot. Rot. in Camerinen. juris fabricandi 27, Iunij 1635, coram Dunozetto inter suas decif. 404, num. 5.*

Et ulterius plures dabantur testes de communi traditione & fama, ac etiam de auditu ab antiquioribus utriusque respectivè domus possessoribus de hujusmodi servitute ex antiqua conventione; Et quamvis adversus istos testes, tam in dicto, quam in persona plures deducerentur exceptiones, in quarum singulis scribentes in contrarium longas retecebant allegationes; Nihilominus dicebam, & Rota rationaliter admisit, hujusmodi inspectionem super integra fide ipsi⁹ testibus praestanda nec nō, intrare quando ab eorum dicto tantum conventiona servitutis probatio penderet; Secus autem dum testes considerabantur pro solo adminiculo cum aliis conjungendo, cum consueta regula in his materiis perpetuò attendenda, ut *angula que non profundet, &c.* Sive quod intraret propositio in foro quotidiana & recepta, quod exceptions quas testes pati possunt, sanata five suppletare manent ab adminiculis; Unde sive considerarentur alia adminicula ut supra pro corroboracione testium, sive isti considerentur tanquam constituentes adminiculum cum aliis conjungendum, ita videbatur concurrere omnino sufficiens probatio, dum haec non omnino exacta, & perfecta, sed etiam adminiculativa sufficit juxta dictam theoricam *Bart.*

Insiliebant etiam scribentes pro altera parte, quod ubi deferendum esset testibus deponentibus de hujusmodi conventione inter antiquos utriusque domus Dominos inter se conjunctos, ac probabiliter ab uno stipite ut supradicam habentes; Adhuc tamen id intelligentum veniret quoad ipsas personas, quodque regulariter hujusmodi conventiones non aperiendo fenestram, vel similiter, censeantur personales, ideoque non afficiant singularem successorem, ut per *Hipolytum de Marsi. fin. 333. Carpan. ad Statut. Mediolani c. 333. num. 12, par. 2. Mangil de evict questi. 16, num. 1, & seqq.*

Sed pariter dicebam istam esse potius quæstionem facti quæm juris, non recipientem certam ac generalem determinationem, sed regulandam ex singulorum casuum particularibus circumstantiis

ac adminiculis denotantibus an verisimiliter id habeat causam perpetuam necnè itaut dicatur potius conventione realis quæm personalis, ut ex *Speculator. Cepolla, & alii advertit idem Carpan. ubi supra, atque in simili conferunt deducta per Capit. Latr. consult. 109, num. 6, cum seqq.* ubi de materia, an & quando conventions dicantur reales vel personales, cum aliis per *Olear. de cessione tit. 4. q. 7, num. 3, cum pluribus seqq.* Ipsa vero rerum situatio ac subjecta materia offendebant conventionem fusile potius realem, quam personalem ob notabilem valoris diminutionem, quam in ipsis dominibus hujusmodi servitutes lauare solent, unde cum de illa convenienti principaliter expediat eam esse realem; resultat præsumptio, quod ita conventionem fuerit, ita longeva subsequuta observantia comprobante.

## CAMERINEN. ÆDIFICII

PRO  
ARESTIS  
CVM

PELICE POLASTRA.

*Casus disputatus in partibus, ac etiam in Signatura  
julii, & provisionaliter resolutus pro Po-  
lastra adipicante.*

An & quando vicinus uti possit muro adiacenti alteri ædificio, illum altius elevando, seu fenestras vicino præjudiciales aperiendo; Et quando murus dicatur proprius, vel communis.

Et de Statutis Civitatis Camerini in hac materia disponentibus, eorumque interpretatione.

S V M M A R I V M.

1. *Faci series.*
2. *De elevatione muri intermedij divisorij, remissione.*
3. *Murus intermedius ab uno adificatus an, & quomodo sit communis.*
4. *In muro sui apertudine destinato ad adificium licet consocio super adificare.*
5. *Declaratur.*
6. *De axiomate quod turpis ejicitur, quæm non admittitur, &c.*
7. *Declaratur conclusio de qua n. 3.*
8. *De Statuto Camerini, ut non licet adificare in præjudicium vicini.*
9. *Quando fenestra dicatur aperiri ad emulacionem.*
10. *Consueta moderatur libertatem adificandi.*
11. *Concessionarius non potest uti re concessa in præjudicium & servitutem concedentis.*
12. *Licentia aperiendi fenestras in loco in quo esse conseruerunt, quomodo intelligatur*
13. *In suo potest quis adificare, & fenestras aperire etiam si vicino præjudicetur.*
14. *De signis excludentibus communionem muri, & probantibus dominum unius.*
15. *De regula adificandi in suo.*

16. De-

16. Declaratur quomodo murus intermedius dicatur propriis confrumento, & communis vicino.
17. Quando dicatur omnino proprius exclusivè ad omnem communionem vicini.
18. Hac materia est arbitria, & quomodo decidendas sit.
19. Quando dicatur certa communio muri.
20. De statuto Camerini circa fenestras.
21. Vbi una vel alia fenestra jam adsumt, earum multiplicatio non prejudicat.
22. Designū fenestra clausa in reservatio.
23. De provisione de qua in cap. 1. & 2, de novi oper. nunciat. & quando illius locus esse debeat.

## DISC. IV.

**V**olentes Areſtij de anno 1607 construere quosdam muros in area intermedia inter eorum domum, ac alteram Guglielmi, convenierunt cum illo id eis licere, dummodo ex ipsius parte muri prædicti remanerent ad eis liberum usum, tam quoad appodium, quam quoad alios usus, prout iolatra Guglielmi successor annis elapsis illis usus est, cum tignorum immissoe vulgo appodium nuncupata, ac recti substantione usque ad alterius domus aqualem altitudinem; Mox vero idem Polastrum dictos muros de facto supra rectum elevando, turrim seu lodiam construxit cum fenestris, servitutem prospectus, aliaque præiudicia præfatis Areſtij inferentibus, necnon cum in muro eius domus respondentे area seu corollæ dicti vicini adesset quedam porta ab antiquo clausa cum fabrica, intendebat illam aperire cum præiudicio pariter propositus. Unde introducta delupit lice coram Gubernatore Camerini, post longam disputacionem, in qua tria pro Areſtij edidi responsa, iudex nihil super negotio principali determinando, innixus disputationi textus in cap. primo, & secundo de nov. oper. nuntiat, & l. final. Cad. eodem, provisionale remedium in dictis iuribus contentum de crevit ad favorem adificantis, moderando scilicet inhibitionem, stante cautione præstata de demoliendo seu claudendo in casu succumbentia, diaque provisio canonizata fuit per Signaturam justitia demandantem moderationem inhibitionis in vim appellationis obtinere ab A. C. quod puto caufer li tis terminacionem per acquiescentiam vel concordiam, dum non audiui de causa amplius actum.

Duo igitur erant hujus controversia puncti, unus super elevatione muri supra rectum cum dicta constructione lodia & fenestrarum, servitutem ac præiudicium inferentibus; Alter super dicta apertura portæ seu fenestra jam ab antiquo murata, & quoniam in hac Civitate pleraque adsumt statuta super hac servitutis materia disponentia, i. circō scribendo in cœla, pro Areſtij novo adificio se opponentibus, duas efformabam inspunctiones; Unam in puris terminis juris communis; Alteram attento jure statutario.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum elevationis & usus muri intermedii, qui usque ad aqualem utriusque recti altitudinem deserviebat pro rectorum & tignorum utriusque domus substantiatione, non intrabat quistio adeo per DD. controveria, & de qua apud Rovit. dec. 30. dec. 253, 2. par. 7, rec. cum alijs in Pisauren. muri hoc eodem tit. disc. 6. ubi scilicet agitur de muro, ut vulgo dicitur nudo inter duas areas seu domos intermedio, divisioni portius partes faciente, cum non dubitaret istum murum sua aptitudine, non ad solam area-

rum divisionem, sed ad edificium ac tignorum & rectorum utriusque domus substantiationem constructum esse unde proprieà juxta distinctionem pienè deductam & comprobata in eadem Pisauren muri, & in alijs hoc eod. tit. frequenter, melior erat conditio socij volentis adificare, cum uteretur muro communis ad usum, ad quem destinatus est:

Neque de dictorum murorum communione dubitandum erat, non obstante, quod soli Areſtij illos jam collapsos suo sumptu refecerint, quo casu cessante conventione, vel dicendi essent proprii, vel, & verius communis habitu tantum, non autem actu, quod scilicet posset alter vicinus petere communionem ac usum, refusa ramaen ejus parte expensatum ex deductis apud Veggium cors. 53. n. 27. & in alijs hoc tit. frequenter ex magistrali doctrina Bart. in i. quidam Hiberus ff. de servit. urbanorum prædiorum num. 2, quoniam dicta conventione omnem questionem dirimēbat, & consequenter, polita communione, dicebatur ex parte adificantis, quod dum murus erat de sui natura & aptitudine destinatus ad adficandum, hinc fundata erat ejus intentio, ex deductis post antiquiores per Sperell. dec. 54. & 56. Thesaur. dec. 23, & 41: Thomat. dec. 119. Duran. dec. 450, dicta dec. 253, par. 7, rec. cum alijs in eadem Pisauren & alijs,

Replicabam scribens pro opponentibus, id recte procedere, quando vicinus uti vult muro ad ultum destinatum, quia nempē habens ejus domum cum recto depresso recto alterius vicini velit suum tenetum altius aificando, reducere ad rectam qualitatem, seu etiam ad supereminentiam, dummodo tamen ad eundem usum utatur appodium, seu appositione tignorum & recti, quo casu non docto de servi ute, id licitum est, etiamsi exinde contingat claudere fenestras, quas alter vicinus in parte supereminenti aperuerat, qualis est proprius casus disputatus apud Duran. dicta dec. 450, fecus vero ad alium ultum, aperiendi scilicet fenestras, & faciendi alia vicino præjudicia ex duplice clara ratione, Una scilicet, quod ita esset uti re communis in totum, in prædicium socij, cui sua portio ita remaneret inutilis. Et altera quia esset uti re communis extra usum, ad quem destinata est, ex quibus rationibus ut supra licitum etiam est claudere fenestras jam constructas, ideoque multò magis impedire novam constructionem, ex regula quod turpis ejicitur &c. quia forenses iuristi passim uuntur Alex. conf. 213, n. 7. lib. 6. Surd., cors. 64, n. 7. & ceteri frequenter.

Verum reflectendo ad veritatem in peccatis solis terminis juris communis dubitabam de motivo, quoniam juxta ea, que in specie habentur hoc eodem tit. in Romana de Aſte diffe. 14. id recte procedit ad effectum, ut alter vicinus volens eam ad rectam qualitatem suam domum & rectum elevere, prohiberi non possit, soluta portione expensarum ob communionem saltē aptitudine existentem etiam in parte elevata, quamvis unius tantum sumptu constructa, non autem ut interim, ac donec ipse talem usum habere intendit, prohibere possit liberum usum illius muri, quem alter vicinus suo sumptu supra rectum altius construxit, quoniam interim totus est sius, licet aptitudine communis, ideoque sibi imputari alter vicinus, cur habitualem communionem non reducat ad actum.

Credebam vero, etiam cum sensu veritatis, in hac facti species probabilius ad favorem prohibentis respondendum videri ex jure statutario, dum in rub. 107, lib. 2, statutorum hujus Civitatis distinet disponitur per verba præcīsa, ut non posset super dicto muro,

muro, quem fecerit, super dictum murum communalem facere aliquam fenestrā, qua penetret torum murum super & versus domum seu territorium confortā, unde propterē intrare videbatur vulgaris regula textus in l. ille aut ille s. cum in verbā de legat tertio, de qua dec. 44. numer. 14. par. 11. rec. quod scilicet in claris non intrant glossa & argumenta.

9. Eoque fortius dicta statutaria dispositioni locum esse deberi dicebam ex duplice circumstantia; Una scilicet, quod cum dicta lodiā seu turris ab alia parte meliori duas alias haberet fenestras lumen præbentes, etiam ad superabundantiam & oblectamentum, permittenda non erat hac alia fenestra gravem servitum inferens domui vicini, quæ supponeretur in loco satis conspicua, ita ut speciem simulationis continere videretur, ut punitualiter

10. Cephal. conf. 130. num. 11. cum sequen. super quo tam certa & determinata regula dari non potest, sed totum pendere videtur ex judicis prudenti arbitrio à singulorum casuum particularibus circumstantiis regulando, attamen præfertim qualitate ædificiorum & personarum respectivæ, & super omnia regionis more seu consuetudine, ad cuius limites referenda est generalis regula textus in l. altius Cod. de servit. & aqua ex deducit per Surd. dec. 168 num. 5. & sequen.

11. Et altera, quod isti muri, quamvis utriusque domui respondentes, toto ejus sumptu constructi essent per unum vicinum, qui alteri gratuitam communionem concessit, practicandam proinde pro usu moderato, & tali, quod concedenti grave præjudicium non inferat, nam alias esset species ingratitudinis, ex iis, quæ in proposito seu à simili habentur in Neapolitana edifici, & in Iauen. hoc codem sit. disc. 1. & 2. ex Castren. conf. 48. lib. 3. Cyriac. controv. 28. num. 11. cum sequen. Andreol. in addit. ad Cepoll. vers. de servit ne luminibus &c. impress. post tertiam partem controv. fol. 2.4.2.

12. Adversus dictum statutum in rubr. 107. quod in verbis presupponendo partem eminentiorem, & ut ibi dicitur, supra girlandam, esse totam alterius vicini adhuc fenestrarum aperturam præjudicialem prohibet; Replicabatur ex parte ædificantis, in codem statuto, seu in altero 108. contineri moderationem, ubi scilicet alia fenestra esse non consuevit, secus autem ubi existaret, vel esse consueverit; Unde propterē scribentes hinc inde in partibus nimium elaboraverant super questione, de qua apud Afridi. decis. 224. an scilicet id intelligeretur de loco in individuo & præciso, in quo fenestra esse consueverit ad priorem statum reducenda, & non alias, ut nostri dicebant, vel potius de loco generali, in quo alias fenestrarum existentibus prohibendum non sit alias aperire, ut dicebant scribentes in contrarium; Verum hæc inspectio mihi videbatur à casu extra- 13. nō, ideoque labor inanis, quoniam de hoc non agitur in rubr. 107. in qua propriè tractatur de muro intermedio saltem aptitudine ut supra communi, sed agitur in rubr. 108. in qua indebet disponi, ne quis in muro suo facere possit ostium vel fenestrā versus claustrum seu domum vicini, cui servitutem inferat, unde in hac parte statutum est exorbitans & correctorium juris communis, cuius dispositione attenta, non probata servitute, non prohibetur quis in proprio muro, cessante simulatione in dubio non præsumenda, fenestrarum aperire, aliaque fibi bene visa facere, quanvis exinde vicino præjudicium circa prospectum seu alias inferatur, quoniam principaliter attenditur utilitas seu commoditas facientis, ut apud Dñm. etatum dec. 404. num. 1.

Ecce est principium vulgare de quo hoc tit. frequenter.

Judex in motibus totam vim constituebat in eo, quod murus supereminens rectum non esset communis, sed totus pertineret ad volentem ædificare ut potest ab eo constructus, ponderando etiam pleraque signa communionis exclusiva deducta dicta decis. 257. par. 7. recent. apud Honded. conf. 80. lib. 1. Thes. dec. 219. Surd. cors. 125. & alios de quibus in dicta Pisauren. muri 2. disc. 6. & consequenter ex clusa communione, infrebat ad superiorius traditam regulam generalem deductam ex l. altius faciendo in suo, simulatione cessante, quicquid placet, non curato consecutivo vicini præjudicio ex deductis dicta decis. 257. Sperell. dec. 54. & sequen. Duran. dec. 450. & frequenter.

Dicebam tamen, etiam cum sensu veritatis, hujusmodi inspectionem extraneam videri à casu; Tum ratione juris municipalis, per quod litteraliter & explicitè supponendo murum eminentiorem, & supra girlandam esse totum Domini domus eminentiorem, prohibentur fenestra aliaeque innovaciones vicino præjudiciales; Tum etiam quia, ut supra dictum est, quoties agitur de hujusmodi muris lateralibus ad utriusque domus tigna & recta substinentia actu vel aptitudine principaliter destinatis, licet ubi per unum tantum constructa sunt, illius tantum dicuntur, ad effectum, ut alter vicinus eorum usum habere non possit, non refusa parte pretii, neque etiam impedit construenti usum, donec ipse illam communionem quam habet habitualem reducat ad actum; Nihilominus, certum est adesse communionem habitualem, quam in libito & facultate vicini est reducere ad actum, atque aequaliter usum habere altius etiam elevando juxta receptam theor. Bart. in dicta l. quidam iberus ex deducit per Veggium dicto conf. 53. num. 36. Iurian. dec. 450. num. 6. & 7. Surd. dec. 168. num. 3. & 4. & in terminis fenestra non aperienda Surd. conf. 387. num. 4. & per tot. ex ea clara ratione deducta per cuindem Surdum conf. 12. num. 6. & sequen. & per totum, quod scilicet cum indubitate sit, à recto citrā, seu à loco in quo adsumt utriusque domus tigna, murum esse communionem, nisi appareat ad unum spectare jure domini, alterum vero immisso tigna jure servitutis, & ut vulgo dicitur, appodij, idcirco una & eadem res non potest diverso jure censeris, diversaque naturam habere, nisi cum dicta distinctione recipiente effectum communionis, donec socius ex parte sua impletat receptionem expensarum, communioni etiam connaturalem, vel nisi concurrant servitutis probabilitia inditia ponderata in Firmano & in Iauen. disc. 2. & 3. & in alijs, quia nemp̄ ex ædificiorum strutura, personarum qualitate, ac more regionis, aliisque circumstantiis pateat, studiosè, & ex conventione ita unam domum depressiorem, alteram vero eminentiorem constructam esse, ad effectum, ut ista in ea parte, in qua alterum supereminet, necessaria vel commodiora lumina, aliasque commoditates recipere posset; Unde propterē dicebam erroneū videri in judicante fundamentum constituendo in iis, quæ habentur in decisionibus desuper editis, multoque minus in consiliis, cum ista videatur materia arbitraria, & facti potius quam juris, certam seu generalem regulam non recipiens, sed ex singulorum casuum individuis circumstantiis pro judicis prudenti arbitrio regulanda.

14. Quo vero ad alteram inspectionem super apertura fenestrarum in quadam parte muri infra rectorum situm existente, & quæ ex parte opponentium erat nuda,

## DE SERVIT. PRÆDIALIB. DISC. II.

nuda, ut potè in eorum aream seu cortile respondens: Adhuc per motivantem insistebatur super jam dictis, an scilicet ista pars muri esset communis nec nè, quod mihi omnino impropterum videbatur, dum sola quæstio esse videtur in parte supereminente, at in altera parte inferiori, & subitus ordinem tecti & tignorum etiam domus depresso<sup>r</sup>, casus videtur indubitus, ut in specie habetur apud *surd. dicto cons. 126, num. 6 cum sequen.* Clarius verò ac ad evidenter, quoniam etiam ex hac parte adrant signa, quod antiquitus adfuerint tigna, deinde sublata pro majori lumine area, seu cortilis, & sic nuditas muri ex hac parte proveniebat ex sola facultate, ac majori commoditate confosci, qui habens jam usum, ad quem mutus definitus est, vult eo uti pro habendo ufo meliori, alteri vicino non prejudiciali, sed potius proficuo, cum ita sua interfit murum communem minus oneratum esse, & consequenter refectione minus indigentem; Unde propterea, legali ac humana rationi prorsus oppositum videtur, ut qui facultatem habet muro utendi cum majori gravamine & prejudicio confosci, non possit ita magis moderatè uti absque ejusdem confosci prejudicio, sed potius utilitate, etiam spectatis nudis terminis juris communis, multò magis attento jure municipalī, & quod etiam in muro indubitate proprio, exorbitando à jure prohibet ne quis faciat innovationem vicino prejudicialem.

Scribentes pro adficante, quibus iudex adhuc rebat, dictam statuariam dispositionem potius retorquebant, illam ad sui favorem deducendo ob moderationem deductam ex illis verbis, ubi *senefra non consueverit esse*, quasi quod ubi esse consueverit, statutum id concedat, quamvis alias de jure non pertitteretur; Sed revera istud motivum fabula sp̄ciam omnino habere videbatur, quoniam Statutum inductum est, potius in correctionem seu limitationem juris communis, ac in restrictionem facultatis alias de jure competentis, ad effectum tollendi vicini servitutem, prefertim circa prospectum, ita exigentibus regionis moribus pro publica pace conservanda, & scandalis evitandis, quæ tamen exorbitans & correcitoria lex justè & rationabiliter dictam moderationem habet, ubi scilicet cessat ejusdem legis finis, ex eo quod aliqua adfis fenestra, ex qua jam haberetur prospectus, quo casu magis & minus, seu numeri multiplicatio non videtur novam servitutem inducere juxta decisionem *Affliti 224*, quod tamen non transit absque difficultate ex plenè deductis in contrarium per *surd. consil. 387, num. 6, cum sequen.* cum quo pertransit *Sperell. decs. 56, num. 9.* ad quod conferunt ea, quæ circa multiplicationem fenestrarum, ubi jam aliqua adfis, habentur in *Romanæ de Alberinu* hoc eodem titulo *diss. 19.*

Omnisque in proposito, pro meo iudicio difficultas cessare videbatur, ex ea facti circumstantia, quod istius antiquæ porta seu fenestra usus, etiam de præterito fuisse aperire volentis auctoriibus satis commodus & oportunus, & tamen passi sunt tam longo tempore illam remanere clausam etiam cum muro, signum clarum, quod id ex conventione ac jure servitutis factum sit, ut ponderatur per *Rotam in alia Camerenen.* iuriu fabricandi 27 Junij 1635, coram Danozetto inter suas dec. 404, cum aliis deductis in dicta Firmanæ servitutis disc. preced. Et potissimum, quia in facto supponetur, ex parte hujus domus adesse signa, quod diæta porta seu fenestra pro liberto claudi posset cum lignis, unde ad istius petius, quam illius usum & commoditatem antiquitus constructa erat.

Et quoad disputationem habitam in Signatura super executione danda hujusmodi provisionibus in materia enunciationis novi operis ex dicta leg. finali Cod. hoc titulo, & cap. 1, & 2, eodem, deducebam eadem, que habentur deducta in *Romanæ fabricade 23 Mancino pro Principe Gallicani diss. seq.*, ut scilicet id recipiendum sit, quando vicinus se opponit vicino adficianti in ea parte, quam indubitatum est esse suam, & quando juris regula assistunt adfiscere volunti, resistunt verò se opponenti, atque mora interim grave prejudicium caufat, secus autem, ubi agitur de innovando in re, quæ pretenditur communis, & contra antiquum rei statum, dum tunc regula potius resistere videntur innovanti, qui sicuti per longissima tempora rem in eo statu permanere passus est, ita pati debet continuari, donec causa juridicæ terminetur, & econverso, durum & irrationabile videtur, ut vicinus de facto cogatur pati damnum & prejudicium interim irreparabile; & deinde substiner longam litem ordinariam per tres conformes contra omnem rationem, ac juris intentionem.

## R O M A N A F A B R I C A E D E M A N C I N I S

P R O  
P O M P E J O C O L U M N A P R I N C I P E  
G A L L I C A N I .  
C V M  
C A R D I N A L I M A N C I N O .

*Casus disputationis coram Camerario & in Camera, & resolutus pro Mancino ut infra.*

De facultate Aedilium seu Magistrorum viarum concedendi uni vicino locum seu sūrum publicum in alterius vicini prejudicium an competit nec nè. Et de facultate vicini utendi muro proprio alterius vicini soluto appedio etiam obscurando lumina seu fenestras; Et aliqua de sententia provisionali ad normam sex. in cap. penult. & fin. de novi oper. nunciat. quando illi sit locus, nec nè, & an admittat appellationem suspensivam.

### S V M M A R I V M .

1. *F* Ati series.
2. De sententia provisionali in materia novi operi.
3. Hac provisio solet dare finem litibus in hac materia.
4. De punctu disputati.
5. Concessio locorum publicorum est de Principi reservatis.
6. Ista concessio facta à Principe intelligitur sine tertio prejudicio.
7. De Aedilibus seu Magistris viarum, eorumque potestate.
8. Declaratur conclusio de qua num. 6.
9. De spatio relinquendo inter unum adfiscium & alterum.
10. De sententia provisionali quando in hac materia inter nec nè.

DISC.